

## II.

Von Erbung der Welt-Geistlichen.

---

## §. 1.

**C**hristianus H. improlis decessit & reliquit bonum Grünewald dictum, cuius una medietas ipsi pleno jure, altera vero Germano ejus fratri Parocho in H. secundum jus Statutarium usufructu tenus ex paterna hæreditate obvenit. De media, quam defunctus pleno jure possedit, parte prædictum Pastorem inter ac Theodorum H. & Gerardum E. consanguineos defuncti fratres modo disceptatur, utrum scilicet plenum dominium ad fratrem Parochum qua clericum sæcularem revolutum, an vero solus usufructus jure statutorio ipsi fuerit delatus.

## §. 2.

Quæstio isthæc satis famigera, & præcis jam tum temporibus sæpius, acriterque ventilata. Si puris (ut loqui amant) præjudiciis pugnare placeat, haud difficilis erit decisio, ac pro Parocho intrepide ferenda sententia. Ita namque sexta Febr. 1643. in causa de Trips contra de Trips, nec non octava Julii 1652.

1652. in causa Præpositi Aquensis contra Breil de Lünburg iudicatum fuisse in notatis meis reperio. Verum cum Referente

ÆRODIO *Rer. jud. Lib. 1. Tit. 1. cap. 18.*  
sæpe fiat, ut de eadem re alius aliud decreverit, aut iudicaverit; imo & monente

DECKHERRO *in Vindiciis Tit. II. n. 26.*  
de pronuntiatis sententiis ita iudicandum, ne mutari non posse præconcepta opinione credamus; ipsas potius leges, quam præiudicia, & exempla inspicere oportebit.

§. 3.

Ordinatio vetus Colonix anno 1562. impressa

*Tit. von Erbtheilungen.*

ita sonabat: Was auch den geistlichen, und begebenen Personen in Erbtheilung ihrer Elterlichen Güter zukumpt, das sollen sie allein die Zeit ihres Lebens niessen, nutzen, und gebrauchen, und doch gheins wegs verargern, und enteuffern zu Nachtheil der Bluts-Verwandten.  
E contra ordinatione nova seu correcta

Cap. 93. §. 1. was auch den 2c.

disponitur: Was auch den geistlichen und begebenen Personen von ihren Elterlichen Gütern zukommt, das sollen sie allein die Zeit ihres Lebens geniessen, nutzen, und gebrauchen, und doch keineswegs verargern und enteuffern zu Nachtheil der Bluts-Verwandten. In posteriori

rioni itaque Editione (ut facile advertere licet) verba restrictiva: in *Erbrbeitung* sunt omiffa seu potius dempta, atque indefinita locutio substituta. Incuria, casuve id factum fuisse eo minus præsumi poterit, cum posterior ordinatio priori præsertim in substrata materia & capite quædam adhuc adjecerit, nova quoque definièrit, atque omiffos usque adeo suppleverit casus. Neque etiam erit, qui Legislatorem veterem ordinationem simpliciter, & absque ullo additamento confirmare voluisse, ac generalem locutionem sufficientem, seu anteriori limitationi æquipolentem credidisse dicat. Etenim cur verba clara, satisque significativa sublata, cur locutio restrictiva immutata, cur indefinitæ voces substitutæ, nisi ea quoque mens fuisset, ut correctio seu mutatio suo polleret effectu. Secus profecto Legislator non tantum nequiquam egisset, sed & Legem claram reddidisset obscuram. Quod cum de Legislatore incogitare nefandum, cunctisque insuper interpretationis regulis quam maxime adversum sit, alius longe noviori ordinationi attribuentus venit sensus atque effectus.

§. 4.

Nimirum verba: *Eiterliche Güter* non tantum bona liberis ex hæreditate Parentum delata denotant, sed multo latiore significatione habent, ac quæcunque bona è Linea ascendentali, imo & Collaterali provenientia com-

complectuntur. Juri communi equidem isthæc extensio repugnat, ac bona, quæ Liberi ex Paterna hæreditate consecuti fuerunt, post additionem hæreditatis, & apprehensionem possessionis non amplius Paterna, sed proprium adeuntis patrimonium eluent. Unde &

GALLIUS *Lib. II. obs. 148. n. 12.*

docet, quod filia, quæ renunciavit hæreditati maternæ, non prohibeatur succedere fratri, qui maternam hæreditatem adiit, quia non amplius agitur de hæreditate Matris, sed fratris. Aliud contra de jure statutorio obtinet, ac bona paternum, seu avitum nomen, & qualitatem non exuunt, licet a Parentibus in filios, a filiis in Nepotes, a Nepotibus in ferros transferint posteros. Late id demonstratum ivit

VOETS *de jure revolut. cap. IV. n. 6.*

pluribus id comprobat

MEVIUS *ad jus lub. Lib. I. Tit. X. Art. VI. n. 6.*

ubi ordinationis nostræ expressam mentionem facit. Ac demum cuius patet, qui jus nostrum Statutarium vel primis Labiis libavit.

§. 5.

Ambabus nunc palpandum manibus, quid ordinatio sibi velit, dum verba illa: in *Vertheilung ihrer Eitelichen Güter* eliminavit, exter-

exterminavitque. Cum (ut dictum modo) voces: *Älterliche Güter* quæcunque bona per hæreditatem Majorum obvenientia, atque in posteros devoluta indigent, imo cum, & à nonnullo in dubium vocari possent, an particulæ: in *Erbtheilung ihrer Älterlichen Güter* ad primam hæreditatis paternæ divisionem, seu (ut apertius loquar) ad bona, quæ filius Clericus ex paterna hæreditate adeptus est, duntaxat restringendæ, an etiam ad quamlibet divisionem hæreditatis sive ascendentalis, sive collateralis, dummodo bona avita, & Stemmatica involventis sint extendendæ; Legislator voces in *Erbtheilung ihrer Älterlichen Güter* in posteriori editione, seu ordinatione correctæ non alio fine delevit, ac relata supra verba substituit, quam ut universalitatem regulæ stabiliret, apertissimisque verbis declararet, quod clericis bonorum avitorum, sive immediate a parentibus, ac majoribus, sive mediantibus collateralibus ad ipsos pervenerint, nudus tantummodo ususfructus competat. En deletionis scopus, en substitutionis effectus, en correctæ ordinationis argumentum.

## §. 6.

Obgeres fortassis statutum non modo juris communis correctorium, sed & naturali alienandi, dominandique Libertati contrarium, imo & clericis maxime odiosum, adeoque strictissime declarandum esse, præsertim cum  
nulla

nulla ratio obftet, quin clerici ſæculares uti  
 bona immobilia proprietate tenus acquirere,  
 ita & in hæc proprietate tenus ſuccedere va-  
 leant. Verum eſto Statutum juris commu-  
 nis correctorium, eſto clericis odioſum, num  
 idcirco ita interpretandum, ut cuncta ejus  
 diſpoſitio corruat, neque ullum ſortiatur ef-  
 fectum? Sane id nemo dixerit, qui interpre-  
 tationis regulas vel parumper callet. Atqui  
 Statutum ni relatum in modum expoſueris;  
 Legislatoria deletio plane otioſa, generalia  
 ſubſtitutionis verba omnino fruſtranea, ac  
 nullus correctæ ordinationis effectus erit.  
 Dic enim cui bono verba priora deleta, ad  
 quid novus ſenſus ſubſtitutus, quem in finem  
 ordinationis correctæ, ſi ſtatutum ad primam pa-  
 rentum diſiſionem duntaxat reſtringere pla-  
 cuerit. Illud jam dudum obtinebat, atque  
 interpretatione ſeu explanatione eo minus in-  
 digebat, cum id nullam dubitationis aleam  
 ſubiret. Proinde ne ridiculam novæ Legi-  
 ſlationem affingamus, neque ipſam Hermeni-  
 am offendamus; neceſſum omnino eſt, ut  
 ſtatutum de bonis avitis indifcrimnatim ex-  
 plicetur.

## §. 7.

Ad hæc ratio ſtatuti quanta eſt, unum  
 familiæ favorem reſpicit, atque in eo confi-  
 ſtit, ut bona avita in familia permaneant.  
 Adeo verba zu Nachtheile ihrer Blutsver-  
 wandten id inculcant, ut omnis ſenſus ex-  
 pers

pers jure renunciatur, qui heic vel vacillare sustineret. Jam vero causa integræ familiæ longe generalior atque amplior est, ac causa privati unius clerici, imo (ne ullum superstitium dubium) causa omnium familiarum latius patet, quam totius cleri sæcularis. Conservatio familiæ quoque in majus Reipublicæ bonum ac commodum vergit, quam irrestrictum clericorum Dominium. Quid? quod teste

HEINECCIO in *Elem. jur. Germ. Tom. I. Lib. II. Tit. I. §. 27.*

Nec non clarissimo

BOEHMERO *ad X. L. IV. Tit. XX. §. 77.*

Omnis bonorum hæreditariorum alienatio, nisi ea consentientibus agnatis fieret, de veteri Germanorum jure illicita esset. Hinc Statutum nostrum non modo antiquis Germanorum moribus, ac juri communi maxime convenit, verum etiam Reipublicæ commoda notabiliter, ac majorem in partem intuetur. Adeoque interpretatio ejus extensiva & ampliata esse debet.

BACO DE VERVLAMIO *de certid. leg. Aphor. 12.*

maxime cum eadem, & inductiva statuti ratio, quam conservationem familiæ, ac bonum agnatorum supra salutavimus, pro bonis hæreditariis ex ascendentali, collateralique successione provenientius æque, ac pro bonis

nis? Parentum militet, consequenter & eadem dispositio subintret, necessum sit.

## §. 8.

Ast quid diutius hisce immoror? ipsa ordinatio rem omnem conficit, dum

## Cap. 97. I. Es soll aber

Disponic: Es soll aber den geistlichen Personen vermög der alten Ordnung, Sagung, und Privilegien, wie dieselbe durch unsere Vorfahren Herzogen zu Göllich und Berg aufgerichtet, und besitzlich herbracht, nicht zugelassen, sondern nachmals verboten seyn, ihre Elterliche, Väterliche, und anerstorbene Erbschaften zu verkaufen, zu entäußern, und zu alieniren. Ex quibus manifesto colligere est, quod Legislator dispositionem ad bona ex divisione Parentum provenientia haud restringere, sed ad quæcunque bona hæreditaria, quæ Clericis ex hæreditate sive immediata, sive medianta obtigerunt, extendere voluerit.

## §. 9.

Alia adhuc foret ratio, si collateralis hæreditas bona hæreditaria non complecteretur, sed ex meris acquisitis consisteret. Tum rationabilius dubitari poterit, num statutum de ejusmodi bonis etiam veniat intelligendum. Verum is casus impræsentiarum haud obtinet. Quocirca discussionem ejus in alium diem rejicio, atque modo concludo, quod Parocho nudus tantummodo ususfructus, proprie-



prietas contra boni Grunewald dicti fratribus  
 confanguineis adjudicanda, expensæ vero tam  
 ob Confanguinitatem Litigantium, quam ob  
 probabilitatem causæ sint compensandæ.

## III.

## Von der Wehrschafft's Leistung.

## §. 1.

Henrich und Johann Lucas D. zwey Gebrü-  
 der haben eine gemeinschaftliche Hand-  
 lung zusammen aufgerichtet, nach einigen Jah-  
 ren den erwachsenden Gerhard Henrich D. ei-  
 nen Sohn des Erstern darinn mit auf- und  
 angenommen, und seynd endlich im Jahr 1741.  
 gesammter Hand zur Theilung abgeschritten,  
 wobey die guten Schuld-Forderungen von de-  
 nen Bösen, und Zweifelhaften abgesondert,  
 die erstern unter ihnen in drey gleiche Theile ge-  
 theilet, die letztern hingegen ohngeheilet gela-  
 sen worden.

## §. 2.

Einige und ohngefehr 10. Jahren hernach ist  
 der Henrich mit Hinterlassung mehrerer Erben  
 verstorben, der Johann Lucas indessen mit Ein-  
 treibung der ihm angewiesenen Forderungen  
 immerhin beschäftigt gewesen, hat dieserhalb  
 ben